



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Basilicae S. Mariae. Maioris De. Vrbe A. Liberio. Papa. I.  
Vsque Ad. Pavlvm. V. Pont. Max Descriptio. Et. Delineatio**

**Angelis, Paolo de**

**Roma, 1621**

Cap. VI. De Canonicis in genere.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13873**

### 38 BASILICAE S. MARIAE MAIORIS

- Bernardum de Comitibus, Canonicum Pa-  
pien. Protonotarium, & Referendarium  
Apostolicum Episcopum Alatrin. hu-  
ius Basilica Vicarium pro Alexádro Car-  
dinali Farnesio, anno 1537.
- Thomam de Tanis, sacræ Rotæ Auditorem,  
anno 1539. die 2. Septembr. propter di-  
cti Bernardini ab Urbe absentiam.
- Sebastianum Delium, Episcopum Bitontin.  
pro Alexandro Cardinali Farnesio, die  
17. Martij, anno 1539.
- Prosperum Sanctacrucium, Palatij Apost. Au-  
ditorem, & Basilicæ Vicarium pro eodem  
Card. anno 1543. die 28. Ianuarij.
- Legitur, Ludouicum Episcopum Affisna-  
ten. Vicarium extitisse, anno 1543. die  
prima Nouembris.
- Federicum Pratensem die octaua Nouebris,  
anno 1550.
- Ludouicum Simonettam, Episcopum Pisau-  
riæ. anno 1555. pro Guido Alciano Sfor-  
tia Cardinali, & Archipresb.
- Romulum de Valentibus, Episcopum Con-  
uersanum, anno 1559. die 29. Aprilis.
- Franciscum Bonhomum, anno 1564. die  
decimaoctaua Octobris, pro sancto Ca-  
rolo Cardinali Borromæo.
- Bernardinum Cirillum pro eodem sancto  
die 31. Augosti, anno 1565.
- Ioannem Fraciscum Boffium Mediolanen.  
Protonotarium Apostolicum, & vtriusque  
Signature Referendarium pro eodem san-  
cto, die 5. Martij, anno 1567.
- Gulielmum .... Episcopum Duzanen. pro  
eodem sancto, die vigesimaquarta Decé-  
bris, anno 1566.
- Cæfarem Spetianum Mediolanen. Presbyte-  
rum, & Protonotarium Apostolicum pro  
eodem Sancto, anno 1569. die decima-  
quarta Decembries.
- Filesum de Cittadinis Interamnen. Episco-  
pum Muran. pro eodem Sancto, die 30.  
Nouembris, anno 1571.
- Marcellum de Bubalis Romanum, Rotæ Au-  
ditorem, pro Alexandre Card. Sfortia, die  
3. Aprilis, anno 1573.
- Comperimus etiam Camillum Burghesium  
vtriusque Signaturæ Referendarium hu-  
ius Basilicæ Vicarium geffisse pro eodem  
Cardinali, anno 1577. die 12. Augosti,  
in quo munere circiter vndecim annos  
perleuerauit, postea Cardinalis est crea-  
tus, & ad summum Pontificatum euectus  
nomine Paulus Quintus.
- Horatium Burghesium Fratrem pro Domi-  
nico Card. Pinello, die 15. Octobr. 1588.

Camillus Bur-  
ghesius Vicarius  
polita Cardin-  
atus, & ad  
Pontificatum  
euectus nomine  
Paulus V.

A Iosephum Ferreriū Ianicen. vtriusque signatu-  
rae Referendarium pro eodem Cardinali,  
1590. Kalen. Ianuarij.

Innocentium Bubalum vtriusque Signaturæ  
Referendarium, anno 1594. die 3. Ianuarij,  
postea vero fuit à Clemente Papa  
Octauo Cardinalis creatus.

Dominicum Marinum Genuen. vtriusque  
Signat. Referend. pro eodem Card. Pinel-  
lo, die 14. Septembri, anno 1594.

Horatium Matthæum Rom. vtriusque Sign.  
Referend. pro eodem Cardinali, die sexta  
Februarij, 1595.

Anastasium Germonium Taurin. vtr. Sign.  
Refer. pro eodem Card. die 12. Maij, an-  
no 1597. vacavit ex promotione ad Ar-  
chiepisc. Tarantasiæ, anno 1608.

Raymundum Ianuen. Cam. Apost. Clericū,  
anno 1608. die 29. Julij.

Alphonsum Sacratum Ferrarien. vtr. Sign.  
Refer. pro eodem Card. anno 1610.

Ludouicum Saregam Veronen. pro eodem  
Cardinali, die 30. Octobr. anno 1610.

C Paulum de Curt. Neapolitan. Esfernien. Epi-  
scopum.

### DE CANONICIS IN GENERE.

#### Caput VI.

**A** Dhvc de huius Basilicæ Ar-  
chepresbyteris, & Vicariis  
peregrimus. modo sequitur  
tractandum de Canonicis,  
sed breuiter. Ante omnia-  
est explicandum, vnde nam Canonici no-  
men emanet, de quo sic Azor inquit: *Vnde  
sunt dicti Canonici, a Canonica pésione; hoc est ab  
annonा ordinaria, & regulari, quæ in eos tāquam  
merces, & stipendium distribui solebat: hec enim  
penſio canonica, & annona ijs tantum prebeba-  
tur, qui erant in Canonorum numerum copta-  
& admitti, ceteris ministris Ecclesiæ, & infe-  
rioribus Clericis aliquid pro cuiusque merito ero-  
gari solebat ex oblationibus piorum hominum in-  
certis, que in Ecclesia siebant; cum tamen Cano-  
nicis portio certa, & ordinaria præberetur. Hinc  
duo sunt orta, quorum adhuc vestigia nonnulla  
videmus. Vnum est, vt nemo in numerum Ca-  
nonicorum recipiatur, nisi suffragijs ipsorum Ca-  
nonicorum, & Episcopi delectus: nam eo ipso, quo  
quis erat in Canonicum admittus, ius acquirebat  
ad portionem illam ordinariam, & regularē Ca-  
nonicis debitam ius item ille habebat suffragium,  
& sententiam ferendi in Canonicorum Collegio  
in con-*

in confessu, & comitijs, habebat quoq; inter Canonicos sedem. Alterum est, ut merito Canones, & iura Canoniciatum, à probenda distinguant. Nam Canonici appallant ius percipiendi probendam, hoc est, portionē certam, & ordinariam Canonici dari solitam, vel saltem ius ferendi suffragium, vel sententiam in ipso Canonico Colloge, & habendi sedem in choro, & recipiendo quotidiana distributiones, ut dicam inferius. Et probendam vocant ipsam portionē fructuum, que Canonici datur, ut colligitur ex Abbe, & alijs in cap. rudioribus. de proben. nu. 4. Aliquando tamen hæc duo confunduntur in iure: ita ut probæde nomine ipsum ius, Canonici accipiat: & voce Canonici, portionē certam fructuum Canonico obuenientium. Poteſt igitur quis in Canonicum recipi sine probenda. Nam olim Canonici erant absqueullo probendarum distinctione numero, ut testantur Innoc. in cap. vlt. de Cler. non resid. Io. And. Abb. Anton. & alij in cap. cum M. Ferrarien. de conſtit. &c. Haec tenus Azorius. Quamquā est aduentum plures Canonorum ordines inueniri, ac proinde Beneficiorum, qui Canonici appellantur. & quidem primum Canonici, & Canonici existunt in Ecclesijs Cathedralibus. Secundo in Ecclesijs Collegiatis, qui minorem dignitatem gerunt, ut per Innoc. c. fratn. extra de fepult. in fine. Tertio quædam sodilitates adſunt, qui Canonici Regulares appellantur, velut S. Mariae Pacis de Vrbe, Saluatoris de Lauro, &c. in præſentia nec de Regularibus, nec de Collegiatis loquemur; ſed tantum de illis, qui Cathedrali Ecclesiæ, immo Patriarchali ministrat. Ergo haud præter rem duximus id, quod Azorius inquit, affirme, dum Canonicos distinguit: Quæritur quotplex fit Canonicus? responde duplēcēt eſſe, aut enim est Canonicus in Ecclesia, que dicitur Cathedralis, aut in ea, que Collegiata appellatur. Canonici in Ecclesia Cathedrali constituti ſunt ceteris Clericis, & Canonici digniores, eo quod Cathedralis Ecclesia Collegiatam honore vincit, & ſuperat dignitatem. Boerius in tractatu de ordin. grad. vtr. for. in penultima parte, numero 24. & ſequentibus. Quapropter Pontifex Maximus eis causas delegare ſoleat, non minus quam alijs Clericis dignitate preeditis, cap. statutum. de reſcript. in 6. ita Panormitanus in cap. cauſam que. de Iudic. quamvis Archidiac. Ancharan. & Domin. oppofitum doceant in cap. statutum. de reſcript. in ſexto.

Quotplex fit  
Canonicus.

Lit. 3. par. 2.  
cap. 11. quaff. 2.

## DE HVIVS BASILICÆ CANONICIS.

### Caput VII.

**H**ACTENVS diximus quid sit Canonicus, differentiam indicantes. Sequitur peculiarter dicere de Capitulo, & sanctæ Mariæ Maioris Canonis, qui ante Innocen-

tium Papam Quartum circa annum 1254, in aiori numero conſtabant, quam hodie cer-

namus; nec forte alia de cauſa, niſi ob inde-

terminatum numerum, qui illo tempore erat: quod proſpiciens, quantave dampna poſſet afſerre, ad ſtatū numerum redigere, expreſſe præcipiens, ne ſexdecim excedant; ſic enim habetur. Innocentius Quartus Episcopus

ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis filiis Archipreſby-  
tero, & Capitulo Baſilice S. Mariæ maioris de

Vrbe ſalutem, & Apoſt. benedictionem. Volentes

Eccleſia ueſtra, quæ inter ceteras Eccleſias priui-

legio amoris colimus ſingulari, ne ſuperfluuo graue-

tur Canonicorum numero precauere. Vniuerſitati

veſtri. e preſtitu auctoritate diſtriicti inhibemus

ne abſque noſtro ſpeciali mandato fauente plenā,

& expreſſam de verbo ad verbum de hac inhibi-

tione, ac predicta Eccleſia mentionem, aliquem in fratrem, & Canonicum recipere, vel alicui

ordinato, ſive ordinando in ipſa Eccleſia portio-

nem concedere preſumatis, donec ad ſextumde-

cimum Canonicorum numerum portionem haben-

tium redacti fuerint, à vobis iuramento firma-

tum. Si quis autem veſtrum contra huius no-

ſtræ inhibitionis tenorem preſumpferit aliquid

attentare, nos eum ex nunc decernimus ipſo fa-

cto, ſuſpensionis, & excommunicationis ſen-  
tentiæ ſubiacere. Datum Lateran. Undecimo Ka-

lendas Novembri. Pontificatus noſtri anno un-

decimo, anno 1254. Anno vero Domini 1265. Clemente Papa Quinto ſedente, Ca-

pitulum inſtituit, ut Canonici ſexdecim nu-

merum non excederent, iuxta Innocentij

Quarti conſtitutionem. etenim Otho Bon-

nus Cardinalis, & Eccleſia Archipref. ex

Capituli conſenſu obtinuit, ut ad vigintiduos

ascenderent. Quare cum reditus non ſatisfac-

cerent, ſimil congregati ſtatuta compofue-

runt, ex quibus dignoſceretur, quo paſto ef-

ſet deinceps dicta Baſilice ſeruendum. Quæ

omnia, ut per Clementem Pont. approba-

rentur, poſtularunt, ſicuti ex his appetet: Cle-

mens Episcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilectis fi-

lijs Priori, & Capitulo Baſilice Sancte Marie

De Capitulo,  
et Canonici an-  
te Innocen- Pa-  
pam Quartum,  
circa ann. 1254.

Vide manuſcri-  
ptum huic Baſi-  
licæ vbi ita  
legitur Clemens  
Papa 4. anno.

1266. ſtatutu mū-  
merum Canonici  
corum & Pre-  
bendarum debet  
eſſe 16. vbi  
etiam legitur  
tali patto: inno-  
centius Sextus.

de anno 1262.  
decreſci non te-  
nari Canonicos  
ſupradicti nu-  
merum quicquā  
recipere, ſed pre-  
uī ſuere ex  
peditare vacatio-

nem. Et paulo  
infioris Grego-  
rii 11. per bul-  
las prohibet ne

quis admittat-  
ur in Canonici  
qui patiatur de-  
ſecrum nataliū

de anno 1375.  
Vide etiam in  
colem loco vbi  
per iſum Greg.

Vndeclim⁹ de an-  
no 1362. coedidit  
Vicario Archi-  
preſbytero ſi pre-  
fons & Sacerdos

fruerit alia Pro-  
vi Canonicorum  
ut poſit Eccleſia  
ſuſpensionis & Comme-  
nium violatum

per effusionem  
ſanguinis vel ſe-  
minis aut per ex-  
communicatiua

matiū re-  
conciliare.

Legitur etiam  
qualiter Capitu-  
lum & Archi-  
preſbyter per holo-  
domatas habet

poſtlatem conſe-  
rendi Beneficia-  
torum & Clerica-  
torum inſtitu alia-  
rum Baſilicarum.

Vide etiam bul-  
lam cretensis  
Beneficiatorum  
ſub Pio 4. ann.  
1561. die 21.

Dee vbi intelli-  
gitur el are hec  
hiflaria.

Approbatio Cle-  
mencis Papæ, ne  
numerus Cano-  
nicorum ſi vi-  
tia ſextodena-  
tum.

D 2 Mai-

